Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26346
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sustinere: cum non nobis placere unusquisque. Impia imquit impantium cecidere super me. Ecce quomodo apostolus hortatur placentium nostrum propter fratres dimittendum. cum enim propter cuius placenta omnia essent bona. non solum placuerit. Amplius. Certum quod omnis creatura bona est. cum nihil reiciendum quod cum gratiarum actione sumitur. Et recta conscientia. Tamen huic recte conscientie proponenda dicit apostolus infirmam fratris conscientiam. dicit enim sic. Dicitur dicit hoc immolatum esse idolis. nolite manducare propter illum qui indicaverit. et propter conscientiam. Conscientiam dico non tuam. sed alterius. et sensus. Bonum est nihil recipere. sed bonum dimittendum est propter conscientiam fratris. reputantis non esse bonum. nisi percandi occasionem sumatis. Videamus itaque opera nostra metienda ex respectu fiat nostro. Infectores martyrum arbitrabantur obsequium se prestare domino. Sed non secundum scientiam. Vnde subditur. Et hec facient vobis quia non noverunt patrem neque me. Sic cum tua abstinentia tua. et colloquium tuum. iugulum. studium aliquibus arbitratur obsequium te prestare domino. Sed si hoc magis ut offendas primos tuos. et sic eis scientia matria detractionis. nec vis dimittere propter conscientiam tuam. helum dei habes sed non secundum scientiam. Iurta. ii. pfata apli sententiam dimittendum est propter conscientiam non tuam sed alterius. Itaque nemo ex securitate. alicui respectu despiciat. Dicit enim beatus augustinus. Qui fidens conscientie sue neglexit famam suam. crudelis est. Magis autem laboret quisque sine offensione esse iudeis et gentibus. et ecclesie dei. et placere cum apostolo. proximis in bonum ad edificationem dmeus.